



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XX. Die Ianvarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

Ille verè ita vixit ut decet sic in Societate retentum.

PETRVS HVCKMIS-
VVAGEN. COADIUT.

Germanus
Treuiris.
1586. 19. Ian.
Confess.

Mortific.

Mort:

Fatimæ charitatis obsequijs inter domesticos peste contactos hoc die immortuus est Treuiris an. 1586. Generalem cōfessionem tantâ lachrymarum & singultuum vi fecit, vt lachrymæ pénitentis & Confessarij confunderentur. Flagellum ex hamatis ligulis ipse confecit, & quam potuit fæ uitiam in semieneatum corpus exercuit. Mortem suauissimè aridens obiit, cùm amplexu stringeret crucifixum & diceret; Iesu fili David misericordia mei!

P. E D M V N D V S
AUGERIUS.

Gallus Co-
mi in Italia
19. Ian. 1591.
xrat. plus.
quam 60.
Soc. plus-
quam 40.

Vñsticis, at pijs ortus natalibus, & primus de Societate Iesu Carolo IX. ac Henrico tertio Galliae Regibus à concionibus & Confessionibus fuit. Romæ ab ipso S. P. Ignatio in Societatem admissus. A morbo periculi pleno diuinitus momento sanatus est, concionator, professor, Superior, ope-

rarius, in singulis & omnibus excellens; in Gallia de fide catholica & de Societate mirificè meritus, ac ærumnis multifariam exercitus, & iam ab Hugonotis propè patibulo appendendus, non tamen appensus, quod illum studerent sectæ suæ adiungere. Cäumnias & quidquid ab hominibus venire mali potest animo erectior generosè pertulit. Comi supremum eger cæli symphoniam & choros beatarum mentium audiens id verbis quoque testatus est, & adiecit Abeamus ergo, abeamus. Angelos visos aiunt morientis lectum circumdare, uno stolam immortalitatis illi paratam ostentante. Tum conclave ingressus cælitum ordo pulcherrimus, viâ splendoris ad Cælum usque porrebat Edmundum vultu maiestatis gloriâ pleno deducbarat Cælum, veste intus niueâ foris variâ magnificè cooperatum pro præmio puritatis, & charitatis. Præcedebant suauissimè canentes parvuli, qui cum ut festinareret invitabant ad mensam cælestem apparatè instructam, ad quam à Societatis Iesu Patribus expectabatur Edmundus, qui & postea P. Clementi Puteano apparuit, & de adepta beata æternitate illum reddit certiorem.

XX. DIE IANVARII.

P. ALEXANDER
VALIGNANUS.

Italus Ma-
cii. 10. Ian.]
1606.

Zelus anim.

Orientis Provincialis, Visitator, & per 33. annos cultor magnanimus. Huius vitam complecti scribendo, esset opera propemodum infinitæ. Indicæ, Iaponicæ, Sinicæ Epistolæ de illo multa narrant, quæ ferè sunt de illius zelo, fortitudine,

prudentia, item præclaro ad regendum ingenio. Quatuor Dynastas Regulorum legatos Romam ad Sedem Apostolicam ituros, in Europam adduxit. In Sinensis Regni velut limine, ut olim Sanctus Xauerius, magnam animam exhalauit, & suo nomine Societatis in Oriente fastos impleuit, sui quoque afflictione, ac orandi studio perinsignis.

MANCIVS TAICHICV.
COADIUT.

Iapon.
Macar. 20.
Jan. 1611.
ætat 41.
Societatis 8.

Mors.
Imagines.

Religiosam pietatem eâ quâ istic præstabat pingendi arte alebat, & incitabat; pingendis Dei, DEIPARÆ, ac Cœlitum imaginibus'piè assidueque intentus: quibus templum ornabat; vt fidei mysteria ob oculos poneret, fidemque ac virtutis amorem exemplis accenderet. Exilium in fidei odium è patria sibi indictum pati maluit quâm in patria Christum & religionem exuere; ad quod invitabatur. Post alia ergo perpessu aspera hoc etiam lubens subiit, licet tunc æger; cum relegari iuberetur, ni Deos Patrios præ Christo eligeret. Morbo nautigationis ærumnis in crescente Macai felix exul in cœlestem patriam, vt spes magna est, appulsus est.

IOSEPHVS MATHEUS SCHOLAST.

Hispanus
Barc nonnæ:
20. Jan. 1611.
ætat. 21.
Soc. 4.
Castiliæ.

B.V.

Silentiump.

CVM Philosophiaæ operam daret obiit diem felicissimum Barcinone Virginitatis decimo ætatis anno voti religione firmatae, custos fidelis, Diuinæ Matri, S. Iosephi, & B. Aloysij præsidio ad id vñsus; deinde cilicijs ac flagellis quoad licuit; legumque accuratâ ad apices omnes custodiâ. In prima veluti aurora seu diluculo rationis, voverat se Beatissimæ Virginis amori & honori rosarium quotidie recitaturum, neque id vñlo, nisi penultimo, & ultimo, vita die omisit; dolenter questus quod id per morbi vim non posset. Cor illi tenero erga diuinam Matrem amore sui verò despiciēti profundâ plenum; Lingua, silentio mirum in modum, ac perseveranter addicta; oculi, semetipsum

etiam erubescentes, nec vñquam in fœminæ vñllius vultum coniecti, vnde nulla illi nota è facie. Vbertim lachrymatus est sub vitæ finem, quod de Virginitate sua Confessatio fuisset locutus, dixitque se verè nec in ea re nec vñquam per omnem vitam aliud quam diuinam gloriam spectasse.

IOANNES LAVERNANS SCHOLAST.

IN tyrocinium ingresso augusta & diuina illi visa omnia. Dixit in prima, quam vocant, lectione, de vocationis gratia, vsque ad lachrymas audientium; & ipse lachrymis oppresus dictionem abruptit. Ad suauissimq; quâ pollebat, modestiæ laudem illum componebat, ea quæ illi semper obuersabatur species crucem gestantis paruuli DEI IESV; quem sibi velut monitorem videri aiebat ad modestiam, ad aspera, potissimum, ad gualm frænandam. In nullam vñquam Societatis legem illum deliquisse aduertit vñllus. Leges modestiæ sibi condebat exemplo DEIPARÆ, coram qua

Germanus
Ruremundæ
20. Jan. 1611.
ætat. 18.
Soc. 3.
Vocationis.

Modestia.

Regula.

in Nazareth animo habitabat; & non manum, pedem, linguam, oculos alter mouiebat, quâm si coram illâ versaretur. Libens exequebatur, quicquid eius nomine rogabatur. Sancto. rum minus notorum in dies in Belgio occurrentium vitas alijs exponebat; eos dies illis & facta eorum dierum illis dedicabat. Ad Angeli Custodis cultum P. Petri Fabri exemplum & patrocinium adhibebat. Christi honori, & animarum saluti innocentem suum sanguinem cum Christi sanguine sub diuino Sacrificio quotidie conceptâ formulâ offerebat in holocaustum amoris. Post perceptam diuinam Eucharistiam (quam septies quotidie inuisebat) tenerè solitus lachrymari;

Sancti.
Piacollæ
quia.

Sacrum.

Holocau-
sum amoris.

Euchar.

si

si vel post tres horas orando ductus auocaretur, obediens quidem abibat, perbreuem tamen sibi aiebat momam omnem ad sua & aliorum negotia tunc meditatè cum Domino pertraetanda.

SIMON DE LIVONIA
SEV TICONIENSIS.
COADIUT.

Lublini.
20.Ian.1621.

Fuit Simon legum nostrarum, labo-
ris, Superiorum, citra ullum respe-
ctus humani timorem accuratè ob-
seruans in quo nihil se deprehendisse
quod reprehenderent aiebantij, qui
perdiu cum eo vixere, si quid ferendū
esser, patiebatur hilariter, & ipse
sibi non parcebat, quin se fame ac la-
bore acriter exerceret. Quantā pote-
rat contentione animi procurabat, vt
coronam B.V. & aliarum precum pen-
sum perattentē perageret. Rector
Collegij, qui Domo aberat, persanctè
affirmabat, sibi Simonem eo quo ani-
mam agebat tempore conspectum,
gratias pro beneficijs omnibus ha-
buisse, addidisseque se, vbi Cælo re-
ceptus foret, futurum pro illo suppli-
cem apud Deum.

P. HIERONYMVS
ALVAREZ.

Lusitanus.
Ebo. x. 10.
Jan. 1624.
xxtar. 60.
Soc. 47.

Vocatio.

CVM puer Societatem iniit medi-
tare, dæmon quæ horridis ter-
rificulamentis, quæ etiam alapâ illum
absterrere conatus, cùm vinceretur
videri desit, sed redit ad Hieronymum
iam religioso Sacramento post
biennium auctoratum, & quidem pa-
tris mortui os, oculos, omnemque
corporis speciem percitat mentitus,
multifariam illum versans, magna
promittens, denum & falsis lachry-

mis abundè perfusus. At Hieronymus
Iesu illi nomen, crucemque obiecit,
ac iterum victimam coegerit facessere. In-
nocentiae, atque ea propter severę sui
custodiae retinentissimus, nobilioris
quam castoris fœminæ pronam in
scelus impudentiam in lachrymas
conuertit, quando in prauè suadentis
tis eius manu pallium, vt castus Iose-
phus, reliquit. Doctrinæ & virtute ma-
gno perè luxit in Scholis, & ubique.
Ad acerbiora verba erat propensior
quam volebat; sed si quod excidisset,
veniam positis coram offenso humi-
genibus, flagitabat. Paupertatis ho-
nori hoc dabat, vt nihil haberet, ne
quidem numisma quod è rosatio ge-
staret. Morientem magna planè pa-
tientia, multæque sociorum lachry-
mæ coronarunt.

Castitas.

Charitas.

Paupertas.

Paragranus
Limiit. 10.
Jan 1626.
xxtat. 61.
Soc. 44.

Aula fugac.

P. IOANNES
PEREZ MENACO.

Ingenij planè singularis laude cele-
bris cum esset, quotidie tamen per
horas decem, aliquando per 12. stude-
bat. Theologiam per annos 27. docuit.
Humilitatis suæ retinentissimus, cum
ad aulam vocaretur, vt Proregi in re
ardua consilium daret, scripto sibi
mitti petiit quæstionem, de quâ con-
sulebatur, ne ad aulam iret. Parochus
locuples 4000. pondo (id est 4000.
numorum quorum singuli valent 8. re-
gales Hisp. Ioannim miserat, vt Incu-
brationes quasdam suas prælo & luci-
daret. Remisit omne argentum, &
respondit se nihil habere prælo, ac lu-
ce dignum longa 16. annorum paraly-
sis illius patientiam, & exercuit & o-
stendit, cùm captiu manuum vsu omni-
ni, alienis vti ad omnia cogeretur,
semper sui ac mirabilis patientia sus-
compos.

Patientia.

E 3 P.MEB.

P. M E L C H I O R
R V I Z.

Hispanus
Xeretij 10.
Jan. 1629.
Stat. 66. &
Soc. 50-

Votatig.

Cum Gianatà à suis ad Societatem Cabiret, nihil rei aut spei splendidae sibi foris relictum voluit, sequē omnibus adeò exuit, ut disertè dixerit nolle se vñnam sui apud suos extare memoriam, nisi cùm Deum orarent. Scopus quò sua destinabat, erat ut Societatem pro Matre haberet omnesque boni filii numeros erga illam vndeque que expleret. Nihil sibi parcí voluit

quin labores & maximos & difficillimos exantlaret, maximè si nihil splendoris præseferrent. Licet impiger ad omnia se se porrigeret, atque cum summis & infimis versaretur, nunquam tamen oculis ac reliquo corpori quicquam indulxit quod Angelicas modestiae in tyrocinio acquisitæ leges vel latum vnguem laxaret; semper Nquitius, semper veterantus, & in vtroque utilis omnibus atque amabilis, clero potissimum cuius sodalitum perdi gubernauit, magna plus quam ordinariæ virtutis fama.

Modestia.

XXI. DIE IANVARII.

PAVLINVS CECOT-
TVS COADIVT.

21. Jan Ita-
lus Romæ.
1612 alias
10 Ian.po-
nit alias 12.
Oratio.

S.P. Ign.

Certum est illum horas duxisse, imò noctem aliquando integrum pernoctasse in oratione DEI: cuius dono adeò pollebar, vt cùm P. Mutij Vitellesci vita iam pro deplorata à Medicis haberetur Aquaniua Præpositus Generalis Paulinum Schedā perscriptā iusserit tamdiu in preces incumbere, donec Mutio vitam à DEO obtineret. Acceptā schedā, Paulinus octo horas integras flagrante orationi dedit, & latus surrexit; quo ipso die P. Mutius Tusculi sensit plurimum laumenti, postea penitus restitutus. Illud quoque competrā famā de Paulino traditum est, illum, cùm plutes reliquijs B. Patris Ignati curaret, easdem cæco Blondi cuiusdam Societatis desertoris oculo admouisse: verūm contrariè ac sperabatur accidisse. Etenim desertor ille iusto DEI iudicio, alterius quoque oculi lumen illâ reliquiarum contre-

statione extinxit. Cùm ætas illi otium à laboribus permisisset, septem horas orandi contentioni dabat quotidie. Vix duorum cochlearium fuit id quod comedebat: aiunqrque id quoque breui per os ab illo reiectum. Aegrorum curam gerente illo, ager quispiam stomachi vitio Sacrosanctum Eucharistia Sacramentum vomitu eiecit, id omne Paulinus auidè sumpsit in reuentiam SS. Sacramenti.

Cibus.

Euch.

P. R A Y M V N D V S
DE FUNES.

Post alia munia Magister Nouitiorum, sui affligendi studiosissimus. Nullum diem sine pœnitentia Sacramento transire sibi voluit. Litanias omnium Sanctorum eorum quos à Societate inita quot mensibus acceptos descriperat, quotidie recitabat. Vultus illi ad admirabilitatem usque semper idem in prosperis & aduersis, animo nunquam aut quassato, aut erecto, imò ne voce quidem impetu quo-
piam

Hispanus]
Offic. 11.
Jan. 1646.
Mortif.
Conf. quotid.
Sancti.
Eccles.